Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

121

post orationem & flexus adoriosa uerba siue factam
diuestat. Sed in eodem se uigore deuotionis quem in
oratione suscipit. & iam finita oratione custodiat.
Juxta exemplum arcae de qua orante dictum ē. Uul
tusque eius non sunt amplius in diuersa mutati. Non
offerendis super eo thimiama conpositionis alterius sin
sequentib; huius uoluminis equibus aromatibus hoc
thymiama conponi debuerit nominatim designatur.
Sectae uidelicet & onica galbanae boni odoris & ture
lucidissimo. Quae cuncta ad significationem aeter
norum bonorum quae principaliter ad nō quaeren
da sunt constat pertinere. Non ē ergo offerendum
super altari aureo thimiama conpositionis alterius
quam quod dnī statuit. Quia non aliud ad ō quaerere
oramus quam quod ipse iussit. quodque se daturum
ēe promisit. Non aliud de illo credere, quam quod
ipse docuit debemus. Non est offerenda super eo
uictima nec libanda. Haec enim omnia ad data
re exterius pertinent. quae incipientium & in profec
tu adhuc positorum uitam designant. Tantae namq;
sublimitatis perfectorum ē uita iustorū. ut nil in ea
carnale quod dnō mactare habeant ualeat inueniri.
Et quidem libamina uini constat nonnumquā magnā
gratiae spiritalis designare uirtutem. hoc est siue